FLAVIUS IOSEPHUS

Klosterneuburg, Ende 12. Jh.

Seite 86r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=671
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

reuersus meritate opus desperationis. et crudelis necessitatis impleuit. filium autem suum seniorem qui erat ei successurus in regnum eleuans super murum ut a cunctis hostibus videretur holocaustum. Reges autem videntes hoc factum ei necessitatis abiurbe mira et humana compassione detentionem presumptionis soluerunt et ad propria remearunt. Iosaphat autem reuersus in hierosolima in pace degebat. et cum paucis temporibus postquam illud pelium uitasset defunctus est. Qui uixit quidem annis sexaginta tribus quinque et uiginti. magnificamque meruit in hierosolimis habere sepulturam similiter fuit magnos opum diuitiis. Reliquit autem filios multos. successorem autem habuit hussemorem filium ioram. Is enim nomen habebat fratris matris suae regis israheltarum achab. Veniens autem de regione moabitide rex israheltarum in samariam habebat helyseum sicut prophetam. cui actus uolo narrare dei enim ualde percipiebat. et historia digna sicut ex libris sacris datur agnosci. Ad hunc enim cum accessisset uxor abdie dispensatoris achab eique diuisisset quia ignoraret. quomodo iure eum liberasset a morte prophetis. dum requisiuit achab uxor iezabel eos occidere et contractos ex debito centum ex eis occulte pauisse. et per eum morte a creditoribus urgeretur atque eius filii ad seruitium deducentur. Ob quam rem rogabat ut eius meritis misereretur opibus et aliquid solatium ad necessitate preberet. Qui dum requisisset si quid haberet in domo aliud nihil ei sibi respondit. nisi paruum uasculum. Tunc propheta precepit ut multa uasa uacua sibimet amicis accommodaret et clausis ianuis domus suae. ex illo oleo in omnia uasa diffundere. Quae cum impleta fuissent omnia et nullum uacuum remansisset ueniens ad prophetam nuntiauit hoc illi. Ille autem consilium dedit ut oleum uenderet et pecunia creditoribus daret. et ex ipso olei pretio reliquo ipsa et filii eius uiuerent. Hoc igitur modo helyseus mulierem ab debito et creditore iniuria liberauit. Inter hec autem misit helyseus adioram admonens ut custodiret locum quendam in quo ceteri syri uolentium eum occidere dicebat insidias. Tunc rex aduenationem preparata nequaquam egressus est obediens prophete. Addaus autem rex syrorum dum se putasset fuisse deceptum. quasi aliquis hominum eius iorae regi sua consilia prodidisset. indignatus uehiti per ditoresseeretos regis occidere minabatur. cum utique hoc nulli alio nisi illis tantum modo credidisset. Et dum ei quidam presentium dixisset ne falsa opinione teneretur. nec crederet. quod alicui inimico eius consilium prodidissent. si helyseus propheta omnis regi factas insidias indicasset. misit requirens in qua ciuitate heliseus habitaret. Illi uero quibus fuerant reuertentes indicauerunt eum in dothaim ciuitate commorari. Tunc adeleg. qui et adadus misit ad eiuitatem multum nimis exercitum equestrium simul et curruum ut capent helyseum. Qui tota nocte cum eunuchis urbem niehil egerit. Die si quidem facta cognoscens hoc propheta minister quia hostes helyseum comprehendere niterentur propheta quod agebat asseruit. Ille uero securus de auxilio dei contemnebat hostes. ministrumque metuentem cerebro fiducia habere percipiebat spe ransque omnipotentis ostendit dominus uirtutis et potestatis suae presentia. Tunc dominus propheta orationes exaudiens multitudinem curruum et armatorum helyseum circumstantium ut minister uideberet ostendit. ita ut ille remoto timore illa uisione confortatus assistet. Post hec autem heliseus rogabat dominum ut etiam aspectus hostium obcecaret. et nebulam eis immittit per quam eum inspicere non ualerent. Quo facto. ueniens inter medios hostes requisiuit quem quereremini. Illis autem prophetam se querere respondentibus helyseum promisit se eum traditurum si ad eiuitatem inquaerent illum sequentur. Qui precedente propheta dominum cecitate mentes obcecante cum festinatione sequebantur. Tunc heliseus deducens eos in samariam ad regem ioram. precepit ut claudent portae et regis exercitus circa syros astare. Quo facto rursus orauit dominum ut hostium oculos aperiret et caligine abeis auferret. Tum repente ab illa cecitate reuocati. inuenerunt se inter medios inimicos existere. et obstupescentes syri in nimia strangustia constituti et cogitabant quis utique liberatio potuisset eis sic inopinabili et diuino ope peuenire. Tunc rege ioram consulente prophetam si eos iaculari precipet hoc si quidem fieri prohibuit helyseus dicens. Iniustum est quile